

## DE REB. METALL.

incisæ olim fuerunt leges duodecim tabularum, quas Pomponius Iurecô- sultus non rectè scripsit fuisse ebur- neas. Tinctura æris duplex est: aut enim tingitur cadmia, & auri colorè refert: aut magnetide, & coloris fit ar- gentei. Vtraq; tinctura in usu est, & no- ta veteribus fuit. Qui ære vulneran- tur, faciliùs curantur, quàm qui ferro: qui metalla æraria fodiunt, vt est apud Macrobius, semper oculorum sani- tate pollent: & quibus antè palpebræ nudatæ fuerant, illic conuestiuntur. Probat etiam Dioscorides, vt ad me- dicamenta oculorum vasa ænea adhi- beantur. Distinguendum est apud medicos inter squamam æris, & flo- rem. Squamæ exiliunt, cùm æs ferro tractatur: flos verò è candente ære, cū apertis fornacibus in catinum efflu- it, tactu aëris exilit cum strepitu, qui ferreis instrumentis excipi colligiq; solet. Flos ita subtilis est, vt interdum granulis minutis, interdū pulueri sic  
simi-